



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 69. Cardinalis Sfrondatus ad Cæsarem ablegatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

§. LXIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.*Cardinalis Sfondratus ad Cæsarem
ablegatus.*

Adhuc dum Imperator Bambergæ in Franconia hærebat, dum Cardinalis Sfondratus Papæ Legatus nomine Pauli III. Carolo prosperos armorum successus gratulatum advenerat. Hunc Imperator tam insolita excepit benevolentia, ut hac Legatione cuncta dissidia sedatum iri spes affulgeret; huic enim Legato insuper data erat facultas cum Cæsare conveniendi circa easdem conditiones, quas Mendozâ proposuerat. Verum successus conceptæ spei abluit; quippe Sfondratus peracta officiosa salutatione de rei summa agere cæpit, ac de expeditione contra Anglos suscipienda sermonem instituit. Equidem Imperator hoc consilium jam rejecerat, cum id ipsum Nuntius Apostolicus Pontificis nomine, necnon quidam alius Cardinalis Poli Orator eidem proposuisset, nihilominus Sfondratus his verbis Cæsarem allocutus est: *Quamvis eo tempore, quo proficiscebar, sacra sua Majestas bello Germanico esset implicita, mihi tamen injunctum est a Paulo III. ne prætermitterem tam egregium opus proponere, cum speraret Pontifex, tibi ante*

Pallav. hist. Conc. Frid. lib. 10. c. 3.

Hist. Eccles. Tom. XXXIX. C c acces-

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.

accessum Legati, victoriam de hæreticis a Deo concessum iri, adeoque opportunitatem expeditionis Anglicæ capeffendæ (sicut postea evenerat) nunc vero sacra sua Majestas libere ulcisci poterit insultus, quibus Imperialis dignitas ab Anglis violata fuit; ob eam igitur causam sperat Pontifex, quod tam gloriosam expeditionem nihil ultra morari possit.

Ad hæc respondit Imperator; Meis in Germania rebus plus curæ debetur, ubi post relatam victoriam multum adhuc laborandum superest ad victoriæ fructus decerpandos, de cetero belli hujus laboribus adeo distentus sum, ut novum suscipere haud valeam: cum ergo Legatus hoc consilium Cæsari haud probari cerneret, totam rem prudenti silentio committendam censuit.

§. LXX.

Mutua Cæsarem inter, & Legatum colloquia de Synodo Tridentum revocanda.

*Pallav. l. 6.
n. 2. & 3.*

*Igitur Legatus sermonem ad alias res divertens Cæsari hæc proposuit:
„ Summopere necessarium, ac digni-
„ tati, & utilitati Ecclesiæ prorsus pro-
„ ficuum foret, si omnes & singuli Pa-
„ tres in Concilio uniti essent, quam
„ in rem haud opportunius occurrit re-
„ me-*